Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8164
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Sancto iuuante Numine,
Artem sacram doceo.
Et ueritatis conscius,
Celabo nil legentes.
Sic sensa qui percepcerit,
Errore liber esto.
Nam praeter unum nil erit
Cuio cuncta delitescunt.
Ideoq. ne diffidite,
Sed spem bonam fouete.
Est tempore et patientia,
Opusq. coctione.
Si fructibus dulcissimis
Velitis his frui.
Non tedeat uos temporis
Aut improbi laboris.
Nam sunt coquenda semina
Metallica, igne lento,
In septimanas plurimas,
Et de die gradatim.
Tunc uniuersae, totum opus
Complebitur Sophorum.